

Ill<sup>me</sup> ac R<sup>ssime</sup> D<sup>ne</sup>.

Debitum meum erga Ill<sup>mam</sup> D. vestram quondam patrem meum spiri-  
tuale et praeceptorem, nunc dominum et patronum, desiderium autho-  
ris nobilis Arthesiani, viri catholicissimi et doctissimi, Ill<sup>mam</sup>

5 D. V. cum universo orbe christiano velut nostri seculi miraculum  
suspicientis et admirantis, novitas denique subiecti, impulerunt  
ut auderem Ill<sup>mae</sup> D.V. hunc libellulum cum omni humilitate ac de-  
votione presentare simulque rogare ut furtiva aliqua hora dignetur  
eumdem perlegere et quid de argumento et doctrina sola novitate

10 prima fronte suspecta sentiat me uno verbulo admonere. Nemo est in  
ullo theologiae doctrinae genere versatus qui in Ill<sup>mam</sup> D.V. ocu-  
los non habeat conversos, nemo est qui iudicium vestrum velut lap-  
idem lydium non expetat; quare humillime petenti non dedignatur an-  
nuere, et quod in minori fortuna solebat in hoc splendido et bene

15 merito honoris gradu facere non recuset: addet procul dubio curren-  
ti calcare, et alia contra haereticos meditantem adiuvabit ut quod  
coepit perficiat. Ill<sup>mum</sup> ac R<sup>ssimum</sup> D. meum colendissimum Deus  
Opt.Max. quamdiutissime ecclesiae Capuanae, imo Romanae conservet.  
Insulis Idibus Februarii 1606.

20 Ill<sup>mae</sup> ac R<sup>ssimae</sup> D. V.

humilis servus

Gulielmus Giffordius Angelus ecclesiae Collegiatae

D.Petri Insulensis Decanus et canonicus.

Ill<sup>mo</sup> ac R<sup>ssimo</sup> D<sup>no</sup> suo Colendissimo Cardinali Belarmino

25 archiep<sup>o</sup> Capuano etc.

(cachet)

Capuae.